


Johann Sleker Erich Beeck von

Disputationum Physicarum Quinta, Quae est De Forma

Rostochii: Myliandrus, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729076504>

Druck Freier  Zugang



F. Slexer.
R. N. phil. 1609.

D. T. O. M. A.

Disputationum Physicarum

QVINTA,

100

Quaest

DEFORMA.

In Inclita Academia Rostochiensi

Proposita à

M. IOHANNES SLEKERO,

Physices P.P. desig.

Respondente

ERICO de Beest /

Revel. Liv.

*Habebitur disputatio ultimo die Maij,
6. martij.*



ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri

ANNO M. DC. IX.

Dissertationum Physicarum
GVI

DE TORMA

M. JOHANNES



ROSTOCKI
Typis Stephani Melander
1700

THESIS I.



Ormarum quoddam genus est, omnino à materia, & conditionibus ejusdem, motu inquam, situ, loco, abstractum.

2. Sed & aliud, à materia sensibili quidem, at conditionibus ejus minimè abstractum: cujusmodi sunt, rectitudo, curvitas, linea.

3. Tandem vero quædam materiæ, & conditionibus illius, conjuncta forma est; quæ alterum rei naturalis principium: Physicæ contemplationis proprium; ut secundum illud genus, Mathematicis debitum; prius vero, Metaphysicæ vulgo ascriptum,

4. Est vero & principium quoddam secundum formam: quod quale sit, Primæ Philosophiæ officium est exquisitè decernere, 1. Phys. t. 83.

5. In id ergo tempus, & ad tex: 43 12. Metaph. cum Arist. reijciamus: ne id quidem hoc loco disputantes acrius, Anne principium hoc, sit totum formarum abstractarum genus? An (quod malim) ipse Intelligentiarum Rex (1. Polit. c. 1.) & unus ille Dominus (12. Met. ult.)

6. De Physicis a. & corruptioni obnoxys formis, ἐν τῷ ὄντι εἰς δεικνυμένων demum, menente Arist. t. 83. dicendum est.

7. Nimirum, quia non rerum naturalium forma (sicuti materia) una datur, vel omnium prima, quæ peculiarem hic explicatio- nis sibi poscat operam.

8. Propria enim cujusq; rei, quemadmodum essentia, ita & forma est; ad primam aliquam & unam, non, nisi prædicationis Un- versalitate, ac nominis unius communione revocanda.

9. De qua, si peculiariter quippiam dici debeat, supra (diss 2.) id explicatum videri possit satis: & in sequentibus, sub signis, indi- cioq; naturæ, mox fiet amplius: propriâ singularum formarum (homi- nis v. g. animalis, plantæ &c.) consideratione, propriæ naturalis cujusq; corporis relietâ disquisitioni.

10. Nec minus tamen (quod instituti nostri imperat ratio)
Albertum hic sequemur differentem : cui (ut Arist. 1. Phys. t. 81.)
forma est. quiddam divinum, optimum, & appetibile.

11. Divinum ; quia dat esse rei ; in quo , omne quod est,
assimilatur Deo : qui actus est ipse, & ipsa perfectio, dans rebus
omnibus, esse ac vivere. Optimum ; secundum gradum sua na-
tura, in genere principiorum. Appetibile ; relata ad materiam,
à qua appetitur, ut pulcrum à deformi.

12. Varia a. formæ acceptio ; 1. quâ ipsa rei cujusq; est
perfectio, ἐν πλεξείᾳ ob id philosopho dicta ; quod ἐν πλεξείᾳ ἔχειν, non
nisi forma beneficio quocquam dicatur.

13. Latinis Actus dicitur : eâq; vocis capacitate ab illis com-
prehensum, quicquid ἐν πλεξείᾳ & ἐνεργείᾳ notatum significatione.

14. Solenne enim hoc, & vulgari usu tritum ; Actum & poten-
tiam dividere omne Ens, & quodlibet genus Entis.

15. Quod de ἐν πλεξείᾳ & ἐνεργείᾳ promulgatum, philoso-
phi 9. Metaph. decretis prout nimirum illa ex aquo, opponuntur illi,
quod in potentia.

16. Ex aquo inquam : haud motus vulgari ἐνεργείᾳ (pro
actione & motu) significatione ; unde vulgaris natus error, non vul-
gariter à Monlorio, questi : de hac re : detectus, ratione nimirum, &
exemplis.

17. Quia enim definitionis cum ἐν πλεξείᾳ ejusdem venit sub
complexum (9. Metaph. c. 6. t. 11.) eandem utriusq; & significationem
quis neget, ac naturam ?

18. Tum vero & formas in materia existentes, & unde ali-
quid revera est, id quod est, ἐνεργείᾳ vocabulo dici, tot exemplis
apud Aristotelem ex 9. Met. t. 11. & 8. Met. c. 2. &c. clarum, ut
Actus ipse, non tantum actionem ; sed rei cujusq; rationem ac per-
fectionem designare putandus sit.

19. Ἐν πλεξείᾳ (inquit Zab. de ment. hum. c. 7.) perfectio-
nem notat, verum in altero : Respectiva idcirco ejus significatio, &
qua forma, atq; operationi communis.

Ἐνεργ.

20. Ἐνέργεια (pergit Zaba.) à respectu quidem soluta est; at
solam designat operationem: & substantiæ non tribuitur, nisi idem
sit operans & operatio.

21. Hinc ipsi inter ἐπιλέχεια & ἐνέργεια petita distinctio; si
non falsa, (quod pene dixerim) certe non perpetua.

22. Vt enim taceam, qua de ἐνέργεια jam jam dicta sunt
(ib. 17. & 18.) substantias à materia abjunctas, cum operatione sua,
prorsus esse easdem, & ob id ἐνέργειας dicis nemo sane, nisi qui ean-
dem omnibus cum ipso Deo, essentia puritatem simplicitatemq; con-
cesserit, largietur.

23. Exemplum de Intellectu agente, quem Arist. 3. an. 1. 19.
ἐνέργεια vocat, sane quidem illustre est; pro Zaba. tamen haud fa-
cit quicquam, nisi ejus de intellectu agente, comprobata sententiâ;
ejusmodi nimirum illâ, qua, si falsa non sit (alieno in loco de tanta re
non disputo) certe quidem communi ac veriori adversatur sententiâ.

24. Ἐπιλέχεια 12. Metaph. 1. 49. impropria locutione Deo tri-
butam, non annuo: qui & summam in Deo venerari didicimus
perfectionem; & eam in Deo ipso ita repositam, ut ipse sit ipsa sui
perfectio.

25. In universum ergo, quicquid potentia ex adverso respon-
det, ἐπιλέχεια, ἐνέργεια, actus, sit; imo forma.

26. Illa enim rei perfectionem quia vel exprimunt, vel insi-
nuant; perfectio autem in ipsa rei tum essentia, tum operatione; Et
horum utrumq; ascriptum forma: pariter & forma vocabulum ad
Deum, intelligentias, imò quicquid perfectionem rei largitur, trans-
latum est.

27. Hinc forma assistens, qua non esse; sed operationem rei
det, atq; agendi conferat principium; vulgari navis ac nauta exem-
plo illustrata; caloribus orbibus motoris instar assignata: ipsa etiam
animâ rationali, in hunc censum à Themio. & Averr. falsò tamen
revocata.

28. Alia forma est Informans, seu inhærens; Cujus duo
secundum Thomam 2. cont. gent. c. 86. requisita: 1. Ut sit princi-
pium

pium offendi substantialiter ei, cuius est forma: 2. ut cum materia, in unius compositi naturam coalescat.

29. Nimirum seipsam materia per seipsam exhibendo, essentialiter ei jungitur, & unâ eademq; virtute causandi, absolvit compositum; Simplici interim ac invariabili essentia consistens.

30. Divisio formæ eadem, quæ & materia; in spiritua- lem inquam, & corporalem: Illa quæ facit spiritum; seu, in re spirituali est, vel incorruptibili; imo corpori etiam juncta: modo pro ratione essentia spiritualis, & indivisibilis, tota sit in toto, & tota in qualibet ejus parte.

31. Corporalis, quæ in re corporali, corporeum dat esse, ipsa ex potentia materiaeducta; eamq; ob causam divisibilis, in majori corporis parte major; minor in minori.

32. Iterum verò quædam forma naturalis est; quædam artificialis. prout vel in re artifici, & à principio artis; vel in re naturali, à natura.

33. Et illarum quædam Universalis, quædam particu- laris. Illa quæ in suo esse, ita est totaliter, ut non sit impres- sa alicui materiae, v. g. albedo, in communi. Hæc, quæ in hoc subjecto, signata quasi & sigillata, v. g. hæc albedo.

34. Particularium quædam Incorruptibilis, ut forma cœli: quædam Corruptibilis, ut elementorum ac mixtorum.

35. Princeps formæ distinctio hæc, qua substantiales ab accidentalibus separantur. Illæ sunt, quæ sui cum materia, unione faciunt Quid, id est, esse essentialis: ut igneitas. hæc vero, quæ faciunt Quale, ut albedo.

36. Minime omnium hic negligenda utriusq; tum conve- nientia, tum discrepantia; quam duce Averr. 2. an. t. 4. Thoma 1. p. q. 77. & de Ente c. 6. notarunt Interpretes.

37. Utriusq; essentia (prout forma sunt) posita in respectu ad subjectum, vel, à quo recipiuntur. II. Hinc & utrumq; addita- mento subjecti definitur; quod vel ex anima 2. an. c. 1. definitione, patet, frustra id culpante Plotino, III. Ex utriusq; cum subjecto unione,

unione, resultat aliquod Esse: quam ob causam & forma, & cuncta; vocabulum utriq; commune.

38. Differunt autem I. quod receptivum forma substantialis, sit ens in potentia; materia inquam: accidentis vero, ens actu, scilicet compositum: quod proprie si dixeris subjectum, constabit veritas effati illius, Substantiam non esse in subjecto: cum hac ratione forma substantialis non in subjecto, sed in materia sit.

39. II. Unionis modo: quod substantialis immediate recipiatur, uniaturq;: accidens, vero mediante forma, qua compositum actu est.

40. III. Ratione dependentia, qua mutua est inter materiam recipientem formam; & formam, actuantem materiam; ita ut nec materia talis, sine forma tali; nec forma sine materia esse possit: Inter subjectum vero & accidens, non mutua: quod subjectum (ut completum quippiam) ab accidente quidem; at accidens à subjecto nequeat seungi, cum esse illius, sit inesse.

41. IV. Esse, quod à substantiali, substantiale est: accidentale ab accidentali. Quale enim est Esse, talis & forma & actus.

42. V. Ex forma & materia, fit Ens per se ipsaq; forma, de rei essentia: Ex accidente & subjecto, Ens saltem per accidens; neq; accidens ullum de essentia rei; ni forte, ut individuo comitatu essentiali consequitur.

43. Ad Albertum redeo, & divisionem forme, qua mediata quaedam; quaedam Immediate subjecto inesse dicitur, ut forma substantialis.

44. Mediata positaram in materia, quaedam ponitur mediante superficie: Quæ secundum extensionem materiae extenditur, situ partium suarum distincto, ut color: cujus subjectum primum, superficies; secundum, superficiem corpus, & sic consequenter, usq; ad materiam.

45. Quaedam non mediante superficie, aut situ positurq; partium: ut relatio, & qua ex relatione subjecto adventunt: agendi item, patiendiq; potentijs; & qua ad has consequuntur.

46. De ortu autem formarum naturalium quaestio nobilis

bilis est, & multiplex philosophorum, ut dicit Averr: opinio: breuiter hic nobis, verbis Alberti, expedienda: quod infra, de generatione acturis, eadem hac, sed altius repetenda sint, ab ipsa generatione naturali, questionis decidenda sumpto fundamento.

47. Sine dubio enim relinquendi sunt, qui generatione relicta, ad creationem abeunt: ut Plato, ex Idearum fonte eas deducens: Et qui ab extrinseco eas esse statuunt, scilicet à datore formarum: & ante dationem, extra materiam, in comparibus stellis, positas opinantur: itaq; fieri, ut diversa v. g. hominis secundum caliditatem aut frigiditatem sit temperies, prout à stella compari, ipsius forma deducta.

48. Anaxagoras rerum intuens generationem, cum ex nihilo nihil fieri itatutum haberet, quodlibet tamen ferme ex quolibet fieri cerneret; inde collegit formas in materia actu esse omnes, in unum mistas; insensibiles tamen ob parvitem: beneficio autem agentis naturalis erui, ex chao separari, & tandem apparere publicè.

49. Aristotelis opinio est, eaq; verior, formas esse in materia, non actu, sed potentia. In generatione autem compositi, ex potentia in actum deduci, ab extrinseco agente, sole imprimis, cujus latione in Zodiaco, generationem in his inferioribus fieri, l. 2. de gen. inquit; & 2. Phys. quod sol & homo generent ex materia hominem. *Qua de re, plenius*

*& accuratius differendi locus is erit, quem supra
(th. 46.) dixi.*



unione, resultat aliquod Esse: quam ob causam & lexica; vocabulum utriq; commune.

38. Differunt autem I. quod receptivum fit ens in potentia; materia inquam: accidentis veret compositum: quod propriè si dixeris subjectum, effati illius, Substantiam non esse in subjecto: forma substantialis non in subjecto, sed in materia.

39. II. Unionis modo: quod substantialis immuniaturq; accidens, vero mediante forma, qua com

40. III. Ratione dependentia, qua mutuiam recipientem formam; & formam, actuantem nec materia talis, sine forma tali; nec forma sine materia. Inter subjectum vero & accidens, non mutua: quod completum quippiam) ab accidente quidem; at a nequeat sejungi, cum esse illius, sit inesse.

41. IV. Esse, quod à substantiali, substantiale ab accidentali. Quale enim est Esse, talis &


42. V. Ex forma & materia, fit Ens per se rei essentia: Ex accidente & subjecto, Ens saltem accidens ullum de essentia rei; nisi forte, ut individuiam consequitur.

43. Ad Albertum redeo, & divisionem formarum quædam; quædam Immediate subjecto inessentia substantialis.

44. Mediatè positarum in materia, comediante superficie: Quæ secundum extensionem extenditur, situ partium suarum distincto, ut objectum primum, superficies; secundum, superficie consequenter, usq; ad materiam.

45. Quædam non mediante superficie; partium: ut relatio, & qua ex relatione suagendi item, patiendiq; potentijs; & qua ad has co

46. De ortu autem formarum natural



the scale towards document